Ilniczki oblig[a]t Iarmolinski

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitaneal[ibus]
Premislien[sibus] Nobilis Jaglo Ilnicki Wasyllowicz in Pallatinatibus Terris
Districtibus in quibus bona sua quibuscunque habet ac foro competenti renuncian[do]
Juri suo proprio Castren[si] Praemislien[si] iurisdictioni se cum Successoribus bonisque
omnibus quoad actum et effectum praesentis inscriptionis attinet incorporando
et subiciendo sanus mente et corpore existens publice palam ac personaliter recognovit. Quia Nobili Roman Jarmolinski et eius legitimis Successoribus
Bona sua scilicet totam et integram sortem suam in villa Czerge existen[tem]
scilicet Laboriosum Synicz in medio Lanco agri dividendo residentem Cum omni iure
ac dominio et proprietate omnibusque eorundem bonorum attinen[tiis] et pertinentiis fructibus
Censibus proventibus laboribus ac generaliter universis utilitatibus nihil excipiendo
et reservando Iam ex nunc in Summa Centum florenorum pecuniae monetae polonicalis sine
ad festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturum
obligavit inuadiavit ac modo obligatorio inscripsit prout eadem obligat
inuadiat ac modo obligatorio inscribit Et in defectu praesentis exemptionis
extunc ad aliud simile festum Sicque consequenter de Anno in Annum
Annis sese continue et immediate sequentibus usque ad exemptionem et Summae
praefatae plenariam omnimodamque persolutionem iuxta morem Terrae Sanoc[ensis]
praefatae obligationem et uadium eidem iam ex nunc Coram Officio praesenti in bona praefata obli-
gata realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem in bonisque prae-
dictis dedit per Ministerialem Pallatinatus Russiae Generalem quemcunque ab Officio prae-
senti cum vadio admittit acceptabitque eatenusque et admissurum se cum suis
Successoribus in et super bonis suis omnibus inscribit et obligat Sub vadio
Centum florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis Ac Ipsa

Jarmolinski et eius Successores bona praefata omnia modo praemisso sibi obli-
gata in Summa Centum florenorum pecuniae monetae polonicalis cum omni iure ut supra
scriptum est iure dominio et proprietate tenendum habendum ac pacifice posi-
dendum pro usibus suis et suorum Successorum utilitati convertendum ad fe-
stum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime venturum Et in defectu
praesentis exemptionis extunc ad aliud simile festum et sic consequen-
ter de Anno in Annum Annis sese sequentibus usque ad exemptionem et Summae
praefatae plenariam omnimodamque persolutionem iuxta Consuetudinem Terrae
debebit ac tenebitur praedictus Ilnicki et se praesentibus cum suc-
cessoribus in et super bonis suis omnibus inscribit et obligat eundem
Jarmolinski et eius Successores in bonis praefatis omnibus et ratione
eorundem ab omni quauis impeticione iuridica quarumvis personarum
status sexus ac conditionis cuiuscunque existentium Inscriptionibus quibusque prio-
ribus et posterioribus debitis vinculatis reformationibus factis et
faciendis Iudicialibus Citationibus Commissionibus Arestationibus Impetitionibus
pluribus perpetuis et generaliter totiens quotiens opus fuerit tueri defendere
evincere eliberare intercedere bonaque praefata semper munda et libera
facere in expensis suis se submissisque personis praecauere et arci-
mere Sub vadio Centum florenorum pecuniae monetae polonicalis. Praeterea
se cum Successoribus suis in et super bonis omnibus inscribit et obligat
Inscriptionem praesentem ex actis Castren[sibus] ad Acta Terrestria Praemislien[sia] ante
decursum primi Anni transferre et transportare Sub va-
dio simili Centum florenorum pecuniae monetae polonicalis. Pro quibus quidem
vadio et vadiis casu non satisfactionis praemissorum omnium trans-
gressionis quorum se praenominatus Jaglo Ilnicki cum Successoribus suis
praefatum Roman Jarmolinski aut eius posteros Citare permiserit
totiens quotiens ad omne proprio foro et competenti in Officio praesenti
Castren[si] Praemislien[si] semper in primo Citationis termino tanquam peremp-

ptorio stare parere in dre Inscriptionique eidem et omnibus eius contentis
totius quoque eius fuit satisfacere cum suis Successoribus tunc Terminum ipsum
primum tanquam peremptorium et contenta Inscriptionis praesentis Actionis ac
processus ex ea emanatis nullis modis viis colloribus Motionibus appel-
lationibus earumque praedictiones prosequutionis Evasionis praeter trium
Marcarum Dillonibus ad quietem legalibusque quibusvis impedi-
mentis Constitutionis laudatis et laudandis eandem subterfu-
giendique modo se ad suis Successoribus omnibus iuris remediis beneficiis
eisque sanctis et sanctum renuntiando et abdicando Quod mihi firma-
tum est

Kowinniczki quietat Dulcowskij

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitulis Praemisliensibus
personaliter stans Generosus Joannes Kowinniczky a Pallatinatibus Terris
Districtibus iuribusque suis quibusvis propriis ac foro competentibus recedens
Jure vero praesenti Castrensi Praemisliensi iurisdictioni se cum Successoribus
quo ad Jure actum attinet incorporando et subiiciendo sanus mens et
corpore exercitus pure pala ac per expressum recognovit. Quia a
Generoso Stanislao Dulcowskij Summam Ducentorum florenorum pecunie monetae
polonicae Actis Terrestribus Praemisliensibus ipsi inscriptis totaliter et in
effectu recepit et manualiter levavit, receptamque et levatam
ad se tulit ratione eius perceptionis eundem Stanislaum Dulcowskij
quietat liberumque ac immunem fore perpetuis temporibus cum Successo-
ribus ipsius pronunciat Inscriptionemque eandem Terrestrem Praemisliensem
cum omnibus eiusdem Conditionibus punctis clausulis et articulis in toto
cassat mortificat annihilat obliterat perpetue et in omni sibi et
suis Successoribus ratione praemissorum omnium agendi ea repetendi perpetuum
imponendo silentium hac sua praesenti recognitione vendiam

Maliczki reformat Consorti-

196

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capita-
nealibus Praemisliensibus Generosus Martinus Maliczki in Malicze Pallatina-
tu Belzensi Jeres a Pallatinatibus Terris Districtibus iuribusque suis quibus-
vis propriis ac foro competentibus recedens Jure vero praesenti Castrensi Praemisliensi
iurisdictioni se cum Successoribus bonisque suis omnibus quo ad actum et effectum pre-
sentis Inscriptionis attinet incorporando et subiiciendo sanus mens et corpo-
re exercitus pure palam ac per expressum recognovit. Quia post Generosam
Annam Generosi Petri Orzeczki in Orsico Jeredis filiam Consortem vero suam
legitimam a praefato Petro Orzeczki patre eiusdem ratione dotis Summam Duorum
Millium florenorum pecunie monetae polonicae recepit et manualiter levavit Ductus
vero amore Coniugali erga eandem Coniugem suam Aliam similem Sum-
mam Duorum Millium florenorum pecunie rationem veri et iusti dotalicii alias przy-
wianku in et super tota et integra medietate omnium et singulorum bo-
norum suorum hereditariorum et Aliorum Mobilium et Immobilium nunc habitis
et in post habendis Agrorum praedialium Curiarum Pecorum pecudum equi-
rearum totiusque supellectilis domestice reformat indicat demonstrat
abbreviat dat donat dotat ac dotalicat modoque reformatorio inscribit
perpetue Ita quod ipsa Generosa Anna Consors ipsius in summa dotis et
dotalicii similiter Quatuor Millium florenorum pecunie monetae polonicalis bo-
ra praefatis omnia cum omni iure dominio et proprietate omnibusque eorundem bo-
norum attinentibus et pertinentibus fructibus cenibus proventibus laboribus ac generaliter uni-
versis utilitatibus nihil excipiendo et reservando tenebit habebit possidebit
pacifice ac infructuose perpetue iuxta morem et consuetudinem aliarum refor-
mationum factarum vel diutius in Regno observatarum. Inscribitque se praefatus
Maliczki cum suis Successoribus in et super bonis suis omnibus in manus Generosi
Petri Orzeczki praesentis praefati Coniugis seu praesentem Inscriptionem ex
his Actis Ad Acta Terrestria Praemisliensia ante decursum unius Anni tras